



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Iani Gvlielmi Verisimilivm Libri Tres

Gulielmus, Janus

Antverpiae, M. D. LXXXII.

Cap. XV. Pigmenta. Frumen siue rumen. Frunisci. Ruminari. Irrumare.
Varronis fragmenta aliquot correcta: duo composita.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70877](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70877)

vel propter hoc cecum est. Emendo, aequum est.
 itea, sed omnis haec curas alienas vtilis, si modo &c. Vn-
 haud difficulter elicui, quod verum arbitror: sed
 hac cura alienas vtilitates. Adicit deinde:

Nos miseri sicut facultates patrimonij nostri, ita hoc opus
 aliis preparamus, aliis relinquemus.

In ms. erat preparabamus. Suspicio scribisse Quin-
 tianum, properabamus. Certè elegantius non po-
 tuit. Catullus:

Cum Medi properare nouum mare. Plautus Casina:

Hanc tibi nunc veni minus grauate propero.

Properasse autem hos commentarios se non mo-
 stratis suae ait ipsemet hoc ipso proœmio non lon-
 ge ab initio.

CAPVT XV.

Pigmenta. Frumen siue rumen. Frunisci. Ruminari.
 Irrumare. Varronis fragmenta aliquot correcta: duo
 composita.

E VARRONIS Marcipore Nonius adducit, in
 Conscribillare:

Astrologi non sunt qui conscribillarunt pingentes calum.

Malim, pigmentis calum. Species intelligit animan-
 tiam, quas in caelo finxerunt Mathematici, pinxe-
 runt & pigmentis suis illustrarunt pictores.

In Optare:

Diogenes qui amicos qui iussus ab Alexandro rege, optare
 quid vellet, se facturum.

Corrigo, Diogenes Cynicus, qui. & mox: optare; quid-
 opt vellet, se facturum. Notum votum philosophi est,
 relatum à Plutarcho, ne sibi apicanti officeret Ale-
 xander.

In Of-

Dein mittit virile veretrum in flumen: offendit *Volurnio.*

Flagitiosa sententia est: sed scripsit tamen Varro, *in mittit virile veretrum in frumen.* Frumen siue *est pars colli qua esca denoratur, inquit Festus: de ducta frumisci & ruminari; etiam irrumare, quid sit me docere piget: hinc certè nimium Romæ à Varrone explicatum est. Ex eiusdem Manii laudat Nonius in Altus, Prospiciens & Limus, lim cohesisse non dubito:*

Habe aptepositam alimoni am sedens, altus alieno cubi que post respiciens, neque ante prospiciens: sed lim tra limites culinae.

Acris obiurgatio desidiæ est: postremis verbis sum videtur a. Oeni fabulam, qui obliquus sup torquet, & asinum spartum admordentem prægia non abigit.

CAPVT XVI.

Escendere. Exscendere. Nerviis extendere. Cicero, Festus, Cacilius emendati.

ASSENTIOR doctissimis viris multa scribit M. Tullium more maiorum; hoc est, vetustè & mènè ad captum nostræ ætatis litteratorum: quorum libris nec vola neorestigium, quod dicitur, cum rum negligentia, rum bonam partem audacia corctorum. testem dabo locum ex Officiorum lib.

Conscribserunt communiter edictum cum pœna atque dicio, constituerantque, vt omnes sruul in rostra meridiam descenderent.

Quid, malum, hoc mœstri? in superiorem locum descendatur? nusquam factum reperies: & non

Ant. Mu
Varia Lec
LIII
28